UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

26. Hæres an & quando teneatur de euictione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63406

Visual Library

aliqua. verſic. ſed quid ſi reliquit omnia. & 25 verſi. ſed pone. † Sed Bald. in l. id, quod pauperibus. in q. 16. quartæ partis dicit hoc minimè verum fore: quia hæres non debet capere de manu executoris, niſi quando eſſet inſtitutus in re certa: quoniam tunc habetur loco legatarij: vt l. quoties. C. de hæredi: inſtit. & l. ſed ſi in conditione. circa fin. ff. de hær. inſti. Et ſimiliter in 17. q. quartæ partis, dicit quòd reſtitutio vniuerſalis ſimiliter nõ debet fieri per executorem, ſed per hæredem vniuerſalem, & ei cohæret. vt l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dotium. Non obſtat, quod dixit Spec. quia illa intelliguntur de reſti. facti: non de reſtitu. iuris ſecundum Bald. Quinimò ipſe dixit, quòd executor tenebitur dare vel dari facere ipſi legatario inſtrumẽta, quæ ad rem legatam pertinere videbantur: argum. l. ſicut C. de libe. cau. & l. prædiorum ſecundum vnum intellectum. ff. ad leg. fal. & tenet Specu. in §. nunc aliqua. verſic. ſed quæritur, an hæres vel di-
26 ſtributor teneatur. † Non ob. l. inſtrum. C. de fideicommiſſ. liber. vbi hæres tenet ipſa inſtru. & dat execut. legatario: quia ibi erat legatæ

tantùm

tantùm pars minor prædiorum, & maior pars remanebat penes hæredem. Nec obſtat. l. Titius hæres. & l. credito. ff. de actio. emp. vbi tenetur exhibere. & non dare: quia ibi hæres tenetur de euictione: ſed executor non tenetur de euictione, meritò debet dare. facit in argu. l. cedere. in fin. & l. ſeq. ff. fa. erciſ. & l. ſi tabulæ. ff. de fide inſtrum. Cauebit tamen executor de euictione in bonis hæredum, ex quo mandatum habet. Et ex pluribus rebus, quas habent hæredes dare poterunt, quam volet: ipſis tamen vocatis hæredibus: vt not. Barto.
in d. l. alio. † Si res, quæ in bonis teſtatoris vel 27
hæredis legata non fuerit, ſed alia. vel pecunia, videndum eſt, an executor illam vendere poterit: vel aliàs permutare? Videbatur plerisq; quod non: vt l. alio. ff. de alimen. & ciba. lega. Alijs verius videbatur fortè contrarium: quia orphanotrophus vendere ac alienare poteſt vt l. orphanotrophus. C. de epiſ. & cleri. Item œconomus. 10. q. 2. hoc ius porrectum. C. de prædijs minorum. l. ob æs. facit in arg. l. ſiue generali. ff de iureiur. l. fin. C. de cura. furio. §. fin. & §. ſiue authen. in authen. de eccl. titul.